



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Symbola Trinitatis, Id Est Trinitatis diversarum rerum, ex
Veteris ac Novi Testamenti Scripturis, Historijs &
exemplis; nec non congruentioribus rerum naturalium
similitudinibus conscripta ...**

Duplan, Theodore

Ruraemundae, 1663

19. Tria miracula sub Epipha.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12221

SYMBOLUM 19.

Tria miracula sub epiphaniæ tempus

Ex Aug. loc. cit.

UT spendor Patris, nostro velatus amictu,
Illuxit, pariter symbola terna micant.

Prævia stella viam radianti lumine pandit;

(a) Mutat aquam vino; consecrat Agnus aquas.

Hęc tria mira patrat nosci dum cœpit ab ortu,

(b) Qui Patris ad dextram, fixit in arce locum.

(a) Hoc miraculo D. Hil. de Trin. lib. 3. in initio ad similitudinem & explicationem Divinae generationis utitur (b) putant aliqui illud Psal. Dixit Dominus: Domino meo, sede a dextris meis, ita explicari posse. Quod Filius ad dexteram, id est, in equali gloria ac majestate sit. Quam equalitatem semper habuit filius ratione divinae naturæ, sed ad eam elevatus est ratione humane naturæ, post humilitatem ad mortem Crucis. Vide Bellar. in Psal. 109.

SYMBOLUM 20.

Christus positus in ruinam, resurrectionem & in signum. Luc. 2.

NON dubium est orbi Christum peperisse salutem;
Quo pacto facta est ipsa ruina salus?

(a) Ut potius culpæ lapsu graviore resurgant,

(b) Te medicam miseris dico tulisse manum.

Ponitur in signum quò vibrant tela maligni,

Ast Trias est regnum, quò tua vota feras.

(a) Greg. Nazian. (b) juxta illud: percutiam & ego sanabo. Deut. 32.

SYM-